

DISSERTATIO INAUGVRALIS PHILOSOPHICA
DE
CONSCIENTIA ERRONEA

27
1767
26



QVAM
AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI AVCTORITATE
PRAESIDE
MAGNIFICO DOMINO PRORECTORE
IOANNE FRIEDERICO STIEBRITZ
PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE, POLITICAE ET CAMERALIVM
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
ET ALVMNORVM REGIORVM EPHORO
PIE VENERANDO PATRONO

OB
CONSEQVENDOS SVMMOS PHILOSOPHI HONORES

D. XXIII. MAII MDCCCLXVII.

ERVEDITIS EXAMINANDAM TRADIT

AVCTOR
LVDOVICVS MARTINVS TRAEGER

NASSOVIO - SARAEPONTANVS.

PARS PRIMA.



HALAE MAGDEBVRGICAE STANNO HENDELIO.



DISSERTATIO IN ACADEMIA PHILOSOPHICA
DE
CONSCIENTIA ERRONEA

AVTHORIS ORDINE MERITO AUCTORITATE
PRAESIDE
MAGNifico HOMINO DOCTO
IOHANNI FRIEDRICH STEUBER

PHILOSOPHIAE ORATIONE PUBLICA ET CAMPIDIA
PROMPTISSIMO MODO
ET ADVANTISSIMO MODO
SIR LEONARDO

CONSOLETORUM
PHILOSOPHIAE HONORIS
UNIVERSITATIS
VITON

AVTHORIS MERITO AUCTORITATE
PRAESIDE
MAGNifico HOMINO DOCTO
IOHANNI FRIEDRICH STEUBER

PHILOSOPHIAE ORATIONE PUBLICA ET CAMPIDIA
PROMPTISSIMO MODO
ET ADVANTISSIMO MODO
SIR LEONARDO



SVMME VENERABILI
IOHANNI SALOMONI
SEMLERO

DOCTORI THEOLOGO MAXIME INCLYTO

VIRO

BONO PVBLICO NATO

VT

GRATI ET BENEFICIORVM MEMORIS ANIMI

ATQVE

IN PATRONVM PIETATIS

ESSET

ALIQVA PVBLICA PROFESSIO

HANC

QVALEMCVNQVE DIATRIBEN

D. D. D.

AVCTOR.

SVMME VENERABIL
IOHANNI SALOMONI
SEMILERO

DOCTORI THEOLOGO MAXIME REVERENDO

VIRO

BONO FABRIGIO RATO

GRAT ET BENEFICIORVM ALIQUORVM

IN PATRONVM ERECTIS

ANNO DOMINI MDCCLXXII





PRAEFATIO.



Non erat animus, cum haec de philosophia *Stoica* scriberem, ea, quae, velut *προλεγόμενα*, videbantur praemittenda, totius disputationis instar offerre, nec obtuliffem vnquam, sed partis dogmaticae, quod meum consilium

X 3

do-

P R A E F A T I O.

docet titulus, addidifsem faltem fegmentum
 primum de errore et erroris origine, ante ali-
 quot dies perfectum et typographo traditum;
 nifi ille ipfe, qui ob temporis anguftiam nega-
 bat, poffe fe διδασκαλικην particulam excribere,
 confilium docuiffet mutandum. Facile enim
 videbam, hanc differtatiunculam non effe eam,
 que pro fpecimine poffit haberi. Exftitit au-
 tem huius in philofophica historia mei cona-
 tus inprimis fuafor VIR SVMME VENE-
 RABILIS SEMLERVS, QVI, quae eff
 IPSIVS humanitas, et fummus in rem litte-
 rariam amor, non tantum libros, ad *Stoico-*
rum philofophiam pertinentes, fed eos etiam,
 quibus in parte dogmatica vtendum videba-
 tur, mecum communicavit: neque *Leibni-*
tius,

PRAEFATIO.

tius, immortalis ille philosophus, philosophiae patriae conditor fere et parens, eiusmodi molimina vituperat, cuius omnino, praeter **SEMLERIANAM**, auctoritate uti possem, si, quae in Theodic., si bene memini, monuit, viderentur in hac rem, de cuius praestantia et insigni vtilitate nemo unquam sapiens dubitavit, transcribenda. Est etiam quasi vnus systematis non vna facies, sed plures; quas si vicissem intuemur, non raro animadvertimus quaedam, non dicam nova; at ea tamen, quae, iis non contemplatis, vix satis explicantur et perspiciuntur dilucide: adeoque philosophiam *Stoicam* conscientiae erroneae decretis qualicunque modo illustrandi non erit reprehendenda voluntas.


Quibus

PRAEFATIO.


Quibus vero *Stoici* non ita arident, vt eorum placita prima omnium commemoranda putent; me mihi illam scholam invifendam fumfiffe cogitabunt, cuius aliquot libros habui; nec praeteriturum elle in difp. feqq. *Platonicam*, *Epicuream*, in primis *Aristotelicam*, et c. c. Deinde, quod ad dogmaticam partem attinet, ordinem in feqq. difp. docebo.



HISTO-



HISTORICAE PARTIS
SEGMENTVM PRIMVM
STOICORVM
DE
CONSCIENTIA ERRONEA
PLACITA COMPLECTENS.



§. I.

Nulla veterum philosophorum familia, cuius
veneramur reliquias, flagrantius ad eas res,
quae in philosophia morali versantur, studium
contulit, ac cui *Zeno Citt.* praesuit; sic ipsa vi-
detur etiam, quae *primum hic locum teneat*, omnium dignis-
sima, eo concedendum libentius, quo magis eiusdem scriptores,
quorum ad nostram aetatem monumenta servata sunt, divini imi-
tatores *Socratis*, subtilem istam, ac parum & sibi & aliis uti-
lem *chryippeam* diligentiam averlatos sese ipsi profitentur.
Sunt certe inter eorum principes *Epietetus a)* & *Seneca b)*,
qui

- a) Vitor *Epieteti* Enchiridio, Rudolst. cl. 1600 XXII typis ex-
scripto; neque enim *Arrianus* ad legendum suppetit: duod.
b) *L. Annæi Senecæ* opera omnia — a I. *Dalechampio* castigata.
a *Th. de Juges* recognita, Genevæ cl. 1600 XXVIII in lucem
emissa: fol.

qui re verbisque docent, quantopere ab acutis *Sophistarum* delirationibus abhorreant; quamque necessariam hanc amplissimam omnium artium bene vivendi disciplinam iudicent: ut, qui *Stoicorum* mores *stoicaeque* eruditionis indolem ignorat, non possit non *Senecam*, virum amabilem ^{c)}, at nimis interdum pugnacem, & bella gerentem, nullos habitura triumphos, mirabundus intueri. An vero, comparatis aliis eorum cum discrepantium philosophorum virtutibus, eandem his palmam praerepturi sint, non ego fide mea spondeo: veritus, ne nimium sectae suae, aut parum, gratulatus sit *Annacus* (de const. c.1.), cum tantum inter se & ceteros interesset, quantum inter mares & feminas, absentibus competitoribus, diceret. Alliciunt nos sane viri ad porticum suam, ex intervallo aliquo interiecto contemplandi; apparent enim magnanimi, intrepidi, inconcussi; quid? quod tractabiles, bene morati, & quantum vis supercilium sit, sociabiles; ut, hac saltem statione non mutata, cunctis istos insectantibus, cum *Cicerone* metuendum sit, ne soli philosophi sint: verum, si accesserimus propius, quo, quae loquantur, audiri, quaeque ad bene gerendam vitam impellant, causae indagari possint; retrocedimus, tanquam a despe-

c) Solent fere librorum aestimatores in *Seneca* reprehendere ingenium solum atque effrenatum, fucum faciens inconsiderate, nec cum cura, legendibus: quos omnino et *Lipsius* quisque ferat, si monuerint, locos, quibus insigne dat ingenii sui specimen, longe maiorem numerum efficere, quam qui speciem tantum ingeniosam prae se ferunt: praeterea non nescii, haereseis studium non raro philosophum ad hanc solertiam abduxisse; quo si caruisset, dubium non est, quin magis fuisset placiturus. Cui itaque talia: „an parum habet, qui non alget, non esurit, non sitit? plus Jupiter, non habet, lecta non placent, accuset primum *stoicum* ingenium; tum vero fallacem et fucatum scriptorem.

desperatis, lento, proh dolor! gradu & tristes, vehementer virorum exosculandorum vicem miserti, atque fortassis redire parati, si denuo ad heroes oculos referimus, quorum multis dictis multa facta praestant. Sed, ne longius excurrat oratio, veniam ad rem; experturus, si possim non nulla de *erronea conscientia* decreta ex *Seneca* & *Epicteto* excutere; quibus, si satis sciscitanti haud fecerint, *Ciceronem* subinde, & *Lipsum*, quoad excerptis, adiungam: aegre ferens, quod epicteteas dissertationes *Arriani*, *Marci Aurelii*, *Diogenis Laertii*, &c. libros simul evolvendi, nec tempus, nec potestas, fuerat.

§. II.

Primum autem monendum aliquid de *scientia* & *opinio*ne videtur. Etenim cum exploratum aliunde sit, philosophos nostros, hic *Socratem* potissimum securos, nullam, nisi earum rerum, quae ad vitam & mores pertinent, scientiam celebrasse, ac, in solis virtutibus inesse illam contendentes, reliquarum rerum notitias studia quidem & *ἐπιτηδεύματα*, minime vero scientias adpellasse: operae pretium erit referre, qua id ratione dixerint, omninoque effecerint, ut ab errorum infidiis haec eorum scientia vindicaretur. *Seneca* (de Benef. L. VII. c. 1.) „non multum „tibi, *inquit*, nocebit, transiisse, quae nec licet scire, nec prodest. „Involuta veritas in alto later. Nec de malignitate naturae que- „ri possumus, quia nullius rei difficilis inventio est, nisi cuius „hic vnus inventae fructus est, invenisse. Quidquid nos me- „liores beatosque facturum est, aut in aperto, aut in proximo, „posuit. Si animus fortuita contempserit — consummavit „scientiam vtilem atque necessariam. reliqua oblectamenta otii „sunt. „ Quorsum haec? ut esset perspicuum, *Stoicos* praecipue hanc id eo scientiam hoc nomine censuisse dignissimam, quod ea sola ad bene beateque vivendum faceret, & acquiri a quovis posset: nec fuisse eos, qui infirmitatem rationis humane

in cognoscendo bono maloque lamentati sint; sed si nimis interdum queruli videantur, & a se ipsis dissentire, eos tum censendos esse rationem habere vitiorum in primis, & ad illecebras propulsoꝝ mortalium, errorumve, quorum in studiis, quae nec prorsus sunt necessaria, nec vtilia, larga messis est. Quae cum ita sint, quaeri iam ex nostris grandiloquis, si placet, paedagogis potest, quo nam vnquam modo potuerit accidere, vt tot tantique in agenda vita *errores* admitterentur, quot quantique vix alibi? quidve sit cavendum, si quis, scientiam illam adepturus, in iis versari nolit. Quibus ita interrogantibus responsum me ex mente *Stoicorum* spero, si, quae de *opinionem* contraria scientiae, idque *Varro Tullianus* (in acc. q. q. I, XI.) declarat: „quod — erat sensu comprehensum, id ipsum sensum adpellabat (*Zeno*), & si ita erat comprehensum, vt con-

„velli ratione non posset, scientiam: sin aliter inscientiam nominabat: ex qua existeret etiam opinio, quae esset imbecilla & cum falso incognitoque communis. „ Qualis vero & quotuplex sit haec opinio, *Stobaeus d)* significantius dicit: „duplicem esse opinionem, vniam, rei incomprehensae assensum (*συνκαταθεω*), alteram, infirmam de re susceptionem (*ὑποληψιν*). „ Patet ergo, quoniam ex opinione error nascitur, quemque verum reperturum oportere efficere: I. vt rem comprehendat; quo quidem verbo ante *Stoicorum* Coryphaeum (teste *Cic.* in cap. cit.) nemo tali in re usus erat: II. id si nequeat efficere, ne rem incomprehensam, aut non satis comprehensam & infirmam susceptam, assensu suo comprobet; sed *ἔποχην, ἀρρασίαν* quandam, tueatur: ad quam qui confugerit, plane errandi periculum effugit. Illustrabunt partim haec dicta (ad num. I.) *Epicteti* quaedam monita: e. g. (c. V.) *ἐνδύς — παρῆ φαντασία*

τραχέως

d) cit. a *Lipso* in *manud. ad stoic. philos.* l. III. diff. VIII.

πραγμα (visum vertit Cicero; & satis notae sunt scholasticorum species sensibiles & intelligibiles,) μελετα ἐπιλεγειν, ὅτι φαντασία ἐστὶ καὶ ἅπαντος τὸ φαινόμενον (putato, rem obiectam esse a te incomprehensam, & assensionem, quae est in tua potestate, cohibero!) ἐπειτα ἐξεταζε τοὺς κανόνι τε τοῖς, (de quibus in capp. praec. dixi) οὐς ἔχεις. (efficito ut comprehendas, veramque concipito, non apparentem istam rei in mente ideam!) Quam quidem interpretationem non modo ante dicta postulant, sed multa etiam parallela, e. c. (c. X.) Ταράσσει τις ἀνθρώπους ἢ τὰ πραγματά (res obiectae comprehendendae) ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα (sinistre comprehensae). ἰὸν θανάτου εἶδεν δεινόν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτης ἀνέφραστο. Praeterea adiectam exceptionem (ἐπεικ. λ.) exemplum putaverim criterii inscientiae & opinionis, quod Cicero (in loc. cit.) refert. Porro (c. XXII.): ὅταν κλαιόντα ἴδῃς τινα ἐν πένθει — προσεχε, μὴ σε ἢ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ἔντοσ ἀντα τοῖς ἔντοσ. Αἰδ' ἐυθύς διαίρει πάρα σεαυτῶ (ne assentias), καὶ λέγειν ἐσω προχειρόν, ὅτι, τῶτον θλίβει ἢ τὸ συμβεβηκός, ἀλλὸν γὰρ ἢ θλίβει (ratione convelli potest) ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τῶτων, (cf. capp. XI, XXVII, LVI). Illustrationis quod reliquum est (ad num. II.) scripsit Seneca: (de Benef. l. III, c. XXXIII. seq.) „Ingrato — aliquando quaedam, sed non propter ipsum dabo. Quid si, inquit, „(aliquis) nescis, utrum gratus sis, an ingratus? Expectabis „donec scias? — Huic respondemus, nunquam expectare nos „certissimam rerum comprehensionem: quoniam in arduo est „veri exploratio: sed ea ire, qua ducit verisimilitudo. — Sequimur, qua ratio, non qua veritas trahit e) — „Dum verifi-

e) Non negas, quod quidem ex tota verborum serie, eorumve, ut aiunt, suppositione intelligitur, principiorum et ipsius philosophiae suae stabilem atque aeternam veritatem: unde enim existeret scientia? nec sensuum ministeria spernit (v. Cic.

„verisimilia me in hoc aut in illud impellant, non verebor
 „beneficium dare ei, quem verisimile erit gratum esse —
 „certiora non habeo. Haec ut quam diligentissime aestimem,
 „operam dabo, nec cito illis assentiar — si sciam ingratum
 „esse, non dabo beneficium — si promiseris, inquit, te da-
 „turum — & postea ingratum esse scieris, dabis, an non?
 „si facis, sciens peccas — si negas, & hoc modo peccas —
 „Secta vestra hoc loco titubat, et illud superbum promissum,
 „nunquam sapientem facti sui poenitere — nunquam illum
 „poenitentia subit: quia nihil melius isto tempore fieri po-
 „tuit, quam quod factum est — Caeterum ad omnia cum
 „exceptione veniet, si nihil inciderit, quod impediat: ideo
 „omnia illi succedere dicimus, et nihil contra opinionem ac-
 „cidere, quia praesumit animo, posse aliquid intervenire, quod
 „destinata prohibeat — sapiens — scit quantum liceat errori —
 „Exceptio autem, sine qua nihil destinat, nihil aggreditur, &
 „hic illum tuetur., (cf. ep. LXXXI et de tranq. c. XIII). Ex
 his, quae ad vitandum errorem conducunt, videbimus. Res
 obiecta, si satis non poterit comprehendi, aut si infirma fuerit
 susceptio; suadet *Annaeus a Perseus*, puta hanc, ut, errore
 haud lapsurus, nihil certo vel affirmet, vel neget; sed semper
 cogitet, posse rem & aliter sese habere, atque iam ipsi vide-
 tur, posse et in posterum mutari, &c. tumque, huius con-
 ditio-

*Cic. in cap. cit.): sed id negat, posse nos nunquam, si iam
 decretis hisce utimur, falli; quoniam in animalia non eade-
 ret divina, futurorum in primis, scientia (cf. ep. LXVI).
 Grato beneficium dandum esse, hoc quidem non it infitias:
 adeoque non est propositio, quae vocatur maior, dubitabi-
 lis: at minor propositio: atqui hic est gratus, habet, prae-
 ter probabilitatem, veritatis aut certi, si mavis, nihil (cf. ep.
 LXXXI ab init.): ergo concludat ratio: dabo huic (qui mihi
 gratus videtur) beneficium.*

ditionis conscius, sequatur verisimilitudinem. Re igitur mutata, aut re vera aliter comparata, quam apparet, non falleretur? Non opinatum illum esse dicendum? Haudquaquam! Illud enim ipsum, puta rem posse mutari, posse aliter esse, neque ignorabat, neque negabat: itaque, licet quam maxime similitimum veri, quod secutus est, esset falsum; falso tamen non assentiebar, adeoque nec opinabatur. Qui vero non opinatur, nec errat. Decantata philosophorum ex porticu paradoxa, quae ex opinionis & assensionis natura colligebant, quorumque in l. c. aliqua fit mentio, post commemorabuntur. Caetera, quae de errore differebant, inter omnes fere philosophos communia, praetereo, latentque maximam partem in his, quae enarraui: sunt enim eae tantum venandae sententiae, quae domesticae, & quasi natae in ipsa stoa, videntur.

§. III.

Porro quamvis *Seneca*, saepe multumque de conscientia disputans, tanquam vitae normam, suis eam laudibus ornet; atque tam in commendanda bona, quam vituperanda mala excellat (e.g. in ep. XXXXIII.): eiusmodi tamen ipsius loci inquirenti non occurrunt, ubi sua, quae teneret de erronea, dogmata consulto & dedita opera tradidisset. Cui inopiae cum sperarem fore, ut tum medicinam aliquam allaturus essem, si huius philosophiae rationem aliaque eius instituta respiciens, inde, quales fuerint, quae masculae sectae arriferint, hac de re sententiae, vel colligerem, vel coniectura assequer: consultum duxi, agere ita, ut ante, quam, quid de quaestione senserint, definirem, alia non nulla, eaque praecipua *Stoicorum* scita leniter & in transcurso attingerem.

§. III.

§. III.

Lubet igitur transcribere classicum istum & iavsum *Senecae* locum (de prov. c. V.); non eo quidem consilio, ut ostendandi saniores mentem occasione captata, in barbari philosophi mei caput maledicta conicerem, quod historicum non decet, nec, si vel deceret, vllus *Stoicus* curaret, constantia sua contra omnia omnium, ipsorumque deorum suorum, fulgura munitissimus; sed ut qualemcunque *philosophiae zenoniae epitomen* haberemus. En illam! „Nihil cogor, nihil patior invitus: nec servo Deo, sed assentio: eo quidem magis, quod scio omnia certa & in aeternum dicta lege decurrere. *Fata f*) nos ducunt,

D) Plura et reliqua de fato notabilia legi de benef. III. c. VII. et seq. natt. q. q. capp. XXXV-XXXVIII et XXXXV; vbi declarat, Deum et divinam rationem, toti mundo et partibus eius insertam, Jovem opt. max. tonantem et statorem, naturam providentiam, immo Liberum patrem, Herculem, Mercurium et fatum esse synonyma stoica. Deinde conciliari inter se studet hocce decretum et voluntatem liberam hominis, procuraciones &c. Dei (de ben. III. c. XXIII) voluntatem: hic enim non negat, ut quibusdam videatur, quod in loco transcripto de Deo ait, sed dilucide et curate exponit atque confirmat: ac praeterea mundi optimi vestigia, cum *Platone* (coll. ep. LXV), videt. Quo circa vocem clamantis: quid juvat, si fatum est, providere, ut ne errem! vehementer commoturam *Senecam* non crediderim, reclamaturum: immo et illa ipsa cautio in tabula fati inscripta, confatalis et copulata est! ut adeo *Stoici*, quos hominis mentem voluntate libera spoliasse aiunt, disertis propemodum verbis (tam in l. c. quam in L. II. natt. q. q. c. CXXXVI): „quid intelligis fatum? existimo necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat, ut *Stoici*, inquam, non dubitent, monere, corrigere, castigare, et, quaecunque tandem summae libertatis assertores in philosophia morali agunt, eaque

,,cunt, & quantum cuique restet, prima nascentium hora dispo-
 ,,suit. Causa pendet ex causa, privata ac publica longus or-
 ,,do rerum trahit. Ideo fortiter omne ferendum est - olim
 ,,constitutum est, quid gaudeas, quid timeas - quid ira indigna-
 ,,mur? ad hoc parati sumus. Utatur, ut vult, suis natura
 ,,corporibus: nos laeti ad omnia & fortes cogitemus, *nihil per-
 ,,ire de nostro*. Quid est boni viri? *Præbere se fato*, grande
 ,,solatium est, cum vniuerso rapi. Quicquid est, quod nos
 ,,sic vivere iussit, sic mori: eadem necessitate & Deos alligat -
 ,,ille ipse omnium conditor ac rector, scripsit quidem fata; sed
 ,,sequitur, semper parat, semel iussit - ut efficiatur vir cum
 ,,cura dicendus (*i. e. qui hoc nomen uat' ἐξοχῶν mereret*) for-
 ,,tiore fato opus est. Non erit illi planum iter: sursum oportet
 ,,ac deorsum eam, ac navigium in turbido regat. Multa acci-
 ,,dent dura, aspera, sed quæ molliat & complanet ipse - vi-
 ,,de quam alte ascendere debeat virtus: scies illi non per secu-
 ,,ra vadendum esse - his quibus deterreri me putas, incitor:
 ,,libet illic stare, ubi ipse sol trepidat: humilis & inertis est, tu-
 ,,ta sectari: per alta virtus it. ,, Fatali itaque fundamento fa-
 ,,tale erat ædificium instructum: nam etsi, dum extræbant,
 optima norma, ad quam singula exigent, utebantur g), recta
 tamen

eaque officiorum præcepta tradere, quæ exsequi sine insigni
 libertatis usu nemo potest. (cf. ep. XVI). Ceterum tortuo-
 sum et vaserrimum *Chrysippum*, de fato et libera hominis vo-
 luntate differentem, graphice *Tullius* in libro de fato pingit.

- g) vide licet hæc: vita naturæ conueniens esto: quæ lex,
 recte interpretata, omnino philosophiæ moralis caput est;
 eandem enim, si penes scopum, quem essentialem hominis
 dicunt, bonorum et malorum arbitrium sit, vim habet, quam
 illa nostrorum, quæ perfectum quodque sectandum præci-
 pit: id quod monuisse etiam visus est acutus *Mendelssohn* in
 scriptor.

B

tamen & curva admittebant, quadrataque rotundis mutabant; quoniam, fundamento ita iacto, fieri id & poterat & debebat. *Beatus* is praedicandus erat & summum bonum adeptus, cui (de vita be. c. VIII) „infragilis animi rigor &c. „qui nec cupit „nec timet (c. V), beneficio rationis. Tanto fortior (de tranq. c. XV), tanto foelicior „virtute praeditus, cuius (epist. LXXI) „iudicium verum & immotum. „ Non das „(de v. b. c. XV; impugnat *Epicurum*) „virtuti fundamentum grave. Quomodo hic potest Deo parere, nec de fato queri, casuum suorum „benignus interpres, si ad voluptatum dolorumque punctiunculas

scriptor. philos. parte II. pag. XXV. At rigidos nostros philosophos compertum est, eam ad dogmata sua male adcommodasse. Etenim cum immutabile quoddam animi decretum virtutis nomine insignirent; a qua vna sola honesta quaevis proficiscerentur; tum vero campum, in quo virtus illa excurreret, tam latum amplumque definirent, ut et malorum plurimum segetem comprehenderet, quae quidem in triplici ista honorum partitione et ἀδισταφογοι; (ep. LXVI, LXVIII, LXX, LXXXII, CXVIII) satis est conspicua: axiomatis huius non potuit non peior inde usus exsistere. Haec ergo *Senecae*: „cum *Socrate*, cum *Zenone*, versare (ep. CIII). alter „te docebit mori. si necesse erit: alter antequam necesse erit, et hic quasi huius moniti commentarius: „Quocumque respexeris (de ira III. c. XV), ibi malorum finis est. Vides „illum praeceptum locum? illac ad libertatem descenditur. „Vides illud mare, vides illud flumen, illum puteum? Libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem, brevem, „retorridam, infelicem? pendet inde libertas. Vides jugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? effugia servitutis sunt. „Nimis mihi operosus exitus monstras, et multum animi ac „roboris exigentes. Quaeris, quod sit ad libertatem iter? „quaelibet in corpore tuo vena, non continent rhetoris, sed philosophi sterculos, in campo isto carptos.

culas concutitur,,? Porro (ep. XXXIII): „scis, quem dicam
 „bonum: quem malum facere nulla vis, nulla necessitas pos-
 „sit,, & (ep. XX coll. de v. b. c. III): „quid - est sapientia?
 „semper idem velle & idem nolle. Licet illam adiectionem
 „non adicias, vt rectum sit, quod velis. Non potest cuiquam
 „semper idem placere, nisi rectum., „Si vis (ep. LXXXXV)
 „eadem semper velle, vera oportet velis., Solum denique
 bonum (qui fato sustinendo par erat) salutabant *doctum*; ma-
 lum contra *rudem* (ep. XXXI, & *Lipsii* not. VIII coll. §. II):
 & sapienti contrarius erat *stultus*, de quo *Seneca* (de Benef.
 III, c. XXVI add. notis *Lipsianis* I, II, III. et ep. XXXVII) haec
 „prodit: „stultus etiam malus est: qui malus est, nullo vitio
 „caret — sic omnes malos dicimus, intemperantes, avaros,
 „luxoriosos, malignos: non quia ista omnia singulis magna &
 „nota vitia sint, sed quia esse possint: & sunt, etiamsi latent
 „ — stultus omnia vitia habet, sed non in omnia natura pro-
 nus est. „ Iam cum ex his difficile non sit perspicere, *Stoi-*
ros, alios ad vitam beatam informant, inprimis id voluisse ef-
 ficere, vt animus persuasus & convictus, ex necessitate qua-
 dam omnia manare, eundem sui statum per omnem vitam tue-
 ri possit: illud etiam sequitur, estque consentaneum toti disci-
 plinae, hanc philosophiam, vt paucis dicam, non tam subtile
 & ad meditandum aptum, quam obstinatum ingenium, quod-
 que consilii sui tenax esset, efflagitasse.

§. V.

Sed, quae ad propositum spectant, articulatum dicentur:
 I. *Sapienti* suo, cuius miri architecti sunt & praedicatores, vt
 heroicis omnino laudatores, arma virumque canentes, supe-
 raffe videantur *h)*, speculatoris mundi transcendentalis, aut
 cuncta,

h) Nec enim supra humanam solum, sed supra divinam etiam
 natu-

cuncta scientis, Apollinis pythii, personam non imponunt sed viri strenui & Herculis potius, in quo tanta fortitudo in repellendis malis, quibuscunque lacesse mortale genus solet, omnibus, tantaque vis faciendi recta, resider; quanta utraque debet esse, cum est maxima. Quantaunque etiam sint, quae de heroe suo differunt, quaeque efficiunt, ut praedicabilem existiment; ita de eo tamen praedicantur omnia, ut, potissimum de moribus & correctâ mente (e. g. de v. b. c. III & ep. CVIII) sermonem esse, satis intelligatur: quid? quod vbi eum quam maxime laudant & ad coelum tollunt, &c. illud intelligitur, intelligendumque esse ipsa eorum docet philosophia, quae, praeter artem vitae, sapientiae munus (ep. c. XVII), nihil quidquam largiebatur. II. Non erat autem sapiens *physiologiae* (multa complectentis scita metaphysica) ignarus, cuius quippe animus (ep. LXXVI) toti se inferens mundo, in omnes eius actus contemplationem mittebat; quia eam connexam esse cum philosophia morali perspiciebat. (eff. epp. XXXI, LXV in extr. part. nat. q. q. praef. l. I, & in primis de otio c. XXXI & seq.). Neque etiam (leg. e. c. ep. LXXXV) scientifica, ut aiunt, s. *acromatica cognitione* moralis philosophiae carebat. Quid multa? sapientiam dicebant disci & doceri, & nominabant artem; quod sapere nemini (ep. LXXVI) casu contingeret. Quem tandem in finem tanta discerbat? isto enim apparatu non opus erat, cum haec eorum sapientia praecipue constantia conficeretur! Perbreuiter causam dicam: III. Nimirum cum

naturam elatum sapientem suum volebant: „est aliquid, (ep. LIII), quo sapiens antecedit Deum. Ille naturae beneficio, non suo sapiens est: ecce res magna habere imbecillitatem „hominis. securitatem Dei,, (conf. de prov. c. VI et add. §. I. n. d.): „tamen homo (de otio c. XXXII) „ad immortalium „cognitionem nimis mortalis est.,

cum sapiens is esset mortalium, qui idem (honestum s. rectum) semper volebat; & idem (inhonestum) semper nolebat; solum enim honestum fati imperium detrectare, & illud nostrum existimabant (v. loc. cit. de fato §. III), de quo nihil perit: „qui „omne bonum (ep. LXXVIII) „honesto circumscripsit, intra se „foelix est: nam qui alia bona iudicat, in fortunae venit potestatem, alieni arbitrii fit, tumque ex his amplius bonorum externorum &c. mortisque contemtum docet; quo etiam epictetereae istae phrasae (c. I. & seqq.) εστιν εφ' ημων — εν εφ' ημων, tendunt): opus erat omnino istis decretis; illud enim ante profecto non poterat fieri, nisi, quid honestum, quid non, probe sciret; cumque id, ut semper fieret, esset necesse; fieri nec hoc poterat, nisi ante ad vnum omnes errores propulsati, & profani quasi, a sancta sapientis persona arcerentur. Quo facto sapiens semper verum videbat, quo excepto nihil placere semper potest: tollendique ex sapientium choro, quibus nondum detractae sunt opiniones & errores. Nonne igitur de sapiente suo narrare videntur, quod alii de Papis? Equidem non existimo. Licebat namque (explanationis causa dicta sunt!) sapienti verisimilitudinem sequi (§. II), quod iudicem istum non decet: contra sapienti a virtute, vel tantulum, non erat recedere licitum, nedum eam plane eurare, quod illis Dei interpretibus, stante sacrosancta infallibilitate, fas esse clamant. Vtique sapiens, ut ita dicam, infallibilis erat; at in sensu composito & stoico: quia, quae est prima sapientis dignitas, nihil opinari ne quidem poterat; id quod (narrante Tullio) ante Zenonem ausus erat nemo pronuntiare: nunquam enim assentiebat falso, cui nunquam non rectum placere debebat, ad omnia cum exceptione venienti. Potest autem ex his simul demonstrari, quare sapientem (e. g. in ep. LXXXV) affirmatum sit, non commoveri, non perturbari, seu plane vacare perturbationibus animi: utpote quae opinionibus, quae sunt

sunt mutabiles, niterentur, efficerentque, vt impar effet & imbecillis ratio, quae cadere in sapientem nullo modo poffet. (Conf. Cic. tufcc. q. q. l. III. & in primis c. XXI). Quid ita miramur dictum illud: *fapientem non mifereri*, &c.? Immo *fapientis nihil ignorabat*, quia, fcilicet! fe ignorare non ignorabat: idcirco ei porro nihil praeter opinionem evenire omnium fama & fermone celebratum fuit. III. Sed iam & confirmabant, quae eft altera dignitas, *fapientis omnia facta effe recta* d), vt adeo, quod mireris paradoxon, exfertus eius digitus rectus fuerit. *Seneca*, non eft beatus, *inquit*, „qui fcit illa, fed qui facit, „(ep. LXXV): & (ep. LXXXVIII) „pars virtutis difciplina conftat, pars exercitatione. Et difcas oportet; & quod „didicifti, agendo confirmes.„ Sapientia erat *virtus*, & contra, vt ipfa adeo virtus effet difcenda: tantumque abeft, vt virtutem a fapientia, fola vitae beatae effectrice, feiunxerint, vt eas etiam amico & arctiffimo vinculo colligaverint. Propter ea *nec fieri poterat, vt fapientis ignofceret*, quando poena deberet conftitui: quod enim debebat, oportebat etiam facere, cum effet rectum. V. Cogitur ergo, noftros nulli eorum, qui hallucinarentur, anguftum hoc nomen impofuiffe; ita vt, fi de *ftulto* quaerebatur, nihil inter illum, qui parum & interdum, illumque, qui multum faepiusque erraret, intereffe putaverint; quoniam nevter fapientis, nevter idem femper veller; fed uterque, dum erraret, falſum, & iam, errore cognito, rectum: id quod ab immota fapientis grauitate & perenni ferenitate plane abhorreret (conf. §. III).

§. VI.

i) Evolv. *Lipſiana* manuſ. diſſ. XV. l. III, qui tertius liber paradoxo complectitur: ſingulas enim eiusmodi laudariunculas hic perſequi longum eſt. Qui figurare voluerit, et normam nobis loquendi eripere, facili negotio enormem fapientem ſexcentis ornabit.

§. VI.

Iamque demum necessariis rationis conclusionibus intelligitur: I. in *conscientiae errorem inductum*, immo, qui potest induci, *sapientem non esse*: sapientem e contrario in nullo conscientiae errore versari: qui quidem sapientis honos an vlli vnquam mortalium tribuendus fuerit, vocari in controuersiam solet. Negant Cicero & Diogenes Laertius, idque fert communis fere Stoicorum sententia 1); contradicente Seneca (de Const. c. VII): „non est, quod dicas, vt soles, hunc sapientem „nostrum nusquam inueniri. Non fingimus istud humani ingenii vanum decus, nec ingentem imaginem falsae rei concipimus, sed qualem confirmamus, exhibuimus & exhibebimus. Raro forsit magnisque aetatum intervallis inuenitur, neque enim magna & excedentia solitum ac vulgare modum, crebro gignuntur. Ceterum hic ipse M. Cato, a cuius mentione haec disputatio processit, vereor, ne supra nostrum exemplar sit, &c. i. e. (ep. XXXXII): „fortasse tanquam phoenix, semel anno quingentesimo nascitur.„ Quid ergo? Stultorum omnia plena? Quidni essent (§. III. & V)? Sapientiam certe consecutus nondum est, cui errare humanum; vt viri quoque, quos nos iure meritoque, & si conscientia subinde erronea ducantur, bonos nominamus & probos, in ciuitate xenonia stultorum gregem sequi iubeantur, nec ipsos etiam ciues in eodem esse consortio pudeat, qui bene secum agi cogitant (ep. LXXV), si in tertium numerum (i. e. infimam classem *proficientium* admittuntur. Nimirum cum videbant, consummatam illam & omnibus numeris absolutam sapientiam non cadere in hominem; finxerunt sibi aliud quoddam sapientiae simulacrum, imbecillitati nostrae magis respondens, ac simile illi quidem, sed non plane idem. Quam qui praesentabant

1) v. Lipsf. man. I. II diff. VIII.

tabant fapientiam, adpellabant proficientes, ftudiofos, affectatores fapientiae, inchoatos, ad fuma procedentes, cultoresque virtutis (ep. LXXI), (virtus enim tantundem valet, ac fapientia), *περοκοπτορες*, &c.; quorum *Annaeus* tres defcribit ordines (in ep. LXXV), fic praefatus: „qui proficit, in numero „ftultorum eft. „ Vin paradoxon? Vir probus, cuius confcientia potefit efle erronea, infanus eft: eft eum ftultus: omnes autem ftulti infaniunt (de benef. II, c. XXXV). II. Licere fapienti *confcientiam* fequi *probabilem* (§. II & V). An fit *probabilifia loyoliftica*, docebit fapientis idea & *Iefuitae* vita. Sed odiofae rei alius erit in difpp. locus. III. *Confcientiam erroneam & virtutem* inter fe non pofle iungi (efle incompatibilia) *m)*: fapientia enim, nifi expulfis erroribus, non invitatur: praeter fapientiam autem nulla virtutis poffefio eft (§. V). III. *Beatum* non efle, qui *confcientiae errore* tenetur. Cum enim fummum animi bonum in animi concordia cernitur (de v. b. c. VIII), ad quam vna fola ducit fapientia (ep. XVI & LXXI &c.); eft haec enim fola confans & immota; intelligitur etiam, quoniam confcientiae erroribus nondum deppofitis, nulla datur fapientia, nec vitam beatam, iis nondum depulfis, pofle locum habere. Idem ex virtutis idea perfpicuum eft, in qua fola praefidii ad bene vivendum fatis eft (leg. e. c. de v. b. c. XVI)

m) Neque adhuc explofa haec fententia videtur: nam funt etiamnum, qui, quoniam virtutem fic definiunt, vt plane non admittat gradus, vt nec augeri poffit, nec minui, eamque adeo nemini, nifi omnium omnino officiorum praeepta prorfus fequenti, relinquunt, idem, quippe quod eorum definitionem (alio licet modo, fi a ratione *Stoica* difsentiant) confequitur, placitum non poffunt non amplecti. Stabit illa virtus, nifi vera rerum intelligentia femper firmata? &c. Confequentiarum, quod reliquum eft; vilitatum et promtum nomen huc non fpectat.

c. XVI) &c. V. Actionem, a conscientia erronea imperatam, rectam non esse: quod enim verum, id solum est rectum. Seneca (in ep. LXXXXV) sic ratiocinatur: „virtus – scientia „est – discendum de ipsa est, vt ipsa voluntas discatur: actio „recta non erit, nisi recta fuerit voluntas. Ab hac enim est „actio. Rursus voluntas non erit recta, nisi habitus animi „rectus fuerit: ab hoc enim est voluntas. Habitus porro ani- „mi non erit in optimo, nisi totius vitae leges perceperit: & „quid de quoque iudicandum sit, exegerit, nisi res ad verum „redegerit. „ Sed quid iuvat plura fabricari paradoxa, quae videri omnia, qui sapientiae virtutisque ex porticu naturam non ignorat? Itaque potiora quaedam enumerasse satis sit. Ne quis vero sapientem, vitandi conscientiae erroris causa, multum putet laborasse, cum sane fuerit negotium facillimum, exhibebo responsum *Catonis*, vivae, si *Senecam* audis, virtutum imaginis, ex *Lucani* stoicissantis *Pharf. l. VIII* quem oratum a comitibus, vt exploraret libycum memorata per orbem numina, ac apte a *Labiene* stoiceque exhortatum & laudatum:

Nam cui crediderim superos arcana daturus

Diæurosque magis, quam sancto vera Catoni?

sic epicus facit loquentem, Deo plenum (v. v. 566. – 584.):

Quid quaeri, Labiene, iubis? an liber in armis

Occubuisse velim potius, an regna videre?

An sit vita nihil, sed longam differat aetas?

An noceat vis ulla bono? Fortunaeque perdat

Opposita virtute minas? laudandaque velle

Sit satis, et nunquam successu crescat honestum?

Scimus, et hoc nobis non alius inseret Ammon.

Haeremus cuncti superis, temploque tacente

Nil facimus non sponte Dei: nec vocibus ullis

Nuncn eger: dixitque semel nascentibus auctor

C

Quic

Quicquid scire licet: steriles nec legit arenas,
 Vt caneret paucis, merissetque hoc pulvere verum.
 Esne Dei sedes, nisi terra, et pontus, et aer,
 Et coelum, et virtus? superos quid quaerimus ultra?
 Iuppiter est, quodcumque vides, quocumque moveris.
 Sortilegis egeant dubii, semperque futuris
 Castibus ancipites: me non oracula certum
 Sed mors certa facit: pavido, fortique cadendum est.
 Hoc satis est dixisse Jovem.

Satis sane provifum erat, vt ne erraret inculpata sapientis & libera persona, *cynica* proles, cui porta patebat; quaeque defuncta diuino ipsius sapientiae imperio credebatur, cum vitae suae vim attulisset. Fari lege facta sua meriebatur sapiens, honeste sese acturum persuasus, si divitiarum, honorum, & reliquorum bonorum fatalium malorumque contemtor, *constantia* sua & *ἀναδεία*, ceu moenibus, adversus fortuita ista, quae arcem illam non expugnarent, munitus, mala exciperet & ferret; nisi essent ea, quae salua aut iubente constantia, haud toleranda erant. Itaque ad vtrumque parato parata semper erant consilia, quem, quidquid oporteret, iuvabat (de benef. II, XVIII): vt, si faceret, quaecumque salua animi constantia, eiusque mandato fieri poterant, & contra ea non faceret, quae fieri salua illa & iubente non poterant (leg. c. c. epist. LXX) *n*); in conscientiae errorem nullo modo deferretur; quem certe sapien-

n) Quaeritur, vtrum in construendo systemate philosophiae moralis *stoicae* hocce decretum: esto constans, tanquam principium optimum, primum, adaequatum, domesticum et unicum possit spectari et debeat; an sit aliud quoddam, e. g. naturae convenienter vive &c. isto melius &c.? Quaeritur autem de iure, non de facto.

sapienti tribuere, si vel manifestus fuisset error, nefas duxisset optimus quisque *Stoicus*, *Senecam* forsitan imitaturus: „*Cato* (de tranq. XV) „ebrietas obiecta est: at facilius efficiet, quis „quis obiecerit, hoc crimen honestum, quam turpem *Cato* „*mem.* „ Ad summam: sapiens siue tripudiaret, siue potaret, siue comissaretur &c., res suas bene semper & recte gerebat, nullo admissio errore: foris enim & virilis animi voluntas, quodcumque quasi tangebatur, sanctum habebatur. Nec erat adeo tristis *Brachmanis* statua, sed audi! (de tranq. c. cit.) „& „*Cato* vino laxabat animum, curis publicis fatigatum: & *Scipio* triumphale illud & militare corpus movit ad numeros, non „molliter sese infringens, *ut nunc mos est, etiam incessu ipso* „*vitra muliebrem molliorem fluentibus*; sed ut illi antiqui viri „solebant, inter lusum ac festa tempora, *virilem in modum* tripudiare, non facturi detrimentum, etiamsi ab hostibus suis „spectarentur. „

§. VII.

„Sed nulla festa benignior leniorque est, nulla amantior „hominum, & communibus bonis attentior: ut (cui) propositi- „tum sit vsui esse aut auxilio, nec sibi tantum sed universis, singulisque consulere. „ Quibus *Senecae* verbis (de clem. II, V) iam est utendum, ne forte severi mei iudices errabundis timorem incutiant, & metuendi videantur illi, qui sunt amandi. Etiamsi enim conscientiae erroribus implicatos culpandos censerint, tanquam a virtute alienos, nec recte agentes, etiamsi rauca voce contenderint, non misereri sapientem, non ignoscere; tam *mites* tamen & *faciles* sese praebebant omnibus, ut haud paucis conscientiae erroneae patronis acerbissimus quisque *Stoicus* pudorem possit iniicere. Est nempe genus quoddam hominum, in commendanda lenitate, misericordia & amore in alios discretissimum; occasione vero ita se praestandi nacta; „

morofum, difficillimum, inexorable & implacabile, non raro
 furibundum: contrariumque generi eorum, qui asperi vitio-
 rum reprehendentes, & paene *μικανθροποι*, promiffiffimi ad ve-
 niam funt, dandam peccantibus: qui, vt funt fideri virtutis
 amatores, & hisce rebus humanis aptiffimi, fancta veneranda-
 que capita; ita etiam longe anteponuntur iffis, privati fui com-
 modi ftudio garrulis, fucatis virtutis declamatoribus, & fera-
 rum fere, manfuetudinis fpeciem praec fe ferentium, horren-
 dum inftar habendis. *Annaeus* faepiffime, maximeque in iis
 tribus libris, quos de ira fcripfit, *humaniffimos* fociorum furo-
 rum *mores* demonftrat, nec *Epifletii* defunt testimonia. E. g.
 „Peccantes quid haber cur oderit (*bonus vir*, de ira l. I. c. XIII)
 „cum error illos in huiusmodi delicta compellat? non eft au-
 „tem prudentis, errantes odiffe; alioquin ipfe fibi odio erit.
 „Nemo inquam invenitur, qui fe poffit abfolvere: & inno-
 „centem quisque fe dicit, refpiciens teftem, non confcientiam.
 „Quantum humanius mitem & pacatum animum praeftere
 „peccantibus: & illos non perfequi, fed revocare. Errantem
 „per agros ignorantia viae melius eft, ad rectum iter admo-
 „vere, quam expellere.„ Deinde (c. XVI): „Illud potius
 „cogitabis, non effe irafcendum erroribus: quid enim fi quis
 „irafcatur in tenebris parum vefigia certa ponentibus,? Tum
 „(l. III, XII): „Nemo animum facientis, fed ipfum aestimat fa-
 „ctum. Atqui ille intuendus eft, an voluerit, an inciderit:
 „coactus fit, an deceptus.„ Porro (c. XXIII): „placidiore
 „- invicem fimus: mali inter malos vivimus. Vna res nos
 „facere poteft quieros, mutuae facilitatis conventio.„ Deni-
 „que (c. XXVII): „Num quis fatis fibi confare videatur, fi
 „mulam calcibus repetat, & canem morfu? Ifta, inquis, pec-
 „care fe nefciunt. Primum quam iniquus eft (es), apud quem
 „hominem effe ad impetrandam veniam nocet? deinde fi cae-
 „tera animalia irae tuae fubducit, quod confilio carent: eo lo-
 co

„co tibi sit, quisquis consilio caret. Quid enim refert, an alia
 „mutis dissimilia habet, si quod in omni peccato muta defen-
 „dit, similem habet caliginem mentis., Epicteti autem haec
 sunt: *ὅταν τις σε κακῶς τι ποιῇ (c. LXIII) ἢ κακῶς σε λεγῇ,*
μηνήσο, ὅτι καθήμεν αὐτῶ ὁμοίως, ποιεῖ, ἢ λέγει, ἔχ ὄντες
ἐν ἀκολούθειᾳ αὐτοῦ τῶ σοι φαινόμενῳ, ἀλλὰ τῶ ἑαυτῶ. ὥσε, εἰ
κακῶς αὐτῶ φαίνεται, ἕκείνος βλαπτέται, ὅσπερ καὶ ἐξηπατητῶ —
ἀπο τῶτων ἐν ὁμοίως, ΠΡΑΩΣ ἘΒΕΙΣ προς τον λοιδο-
 ρεῖται. *ἐπιφθεγγε γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ σοι, ὅτι, ἘΔΟΞΕΝ ἈΠΤΩ.*
 Dabo, id quod dare oportet o), nostros his in locis praeser-
 tim disputare de iis, qui animo praemeditato, errorumque
 suorum conscii, peccant; qui sunt adeo, quibus ignoscatur,
 longe indigniores aliis, qui, errore conscientiae lapsi, delin-
 quant: quo facto & dabitur mihi iustum a maiori ad minus
 ratiocinium. Nam cum in peccata (*κατ' ἐξοχὴν* dicta) tam pa-
 rum animadverterint, intelligitur facile, excusabiliores eos
 fuisse habitos, quibus peccare non erat animus. Narrat *Se-
 neca* de *Carone* suo (de ira III. cap. XXXVIII): „cum caussam
 „agenti in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui
 „saliva, inspississet *Lentulus*, ille, patrum nostrorum memoria
 „factiosus & impotens, absterfit faciem, &, affirmabo, inquit,
 „omnibus, *Lentule*, falli eos, qui te negant os habere.,

C 3

Quid

o) Patet enim in iis, quae de virtute, scientia, de eruditis f.
 doctis et rudibus disputabant, quem ad modum e contrario
 flagitia atque quaecunque peccata, ignorantiam, errorem,
 inscientiam nominaverint: qui quidem loquendi mos inter-
 pretationem difficilem efficit, ut vitia s. scelera a peccatis,
 ex errore conscientiae oriundis, in *Stoicorum* scriptis nec satis
 nec semper possint discerni; quoniam nec ipsi satis discer-
 nunt. At rationem tamen huius differentiae habebant c. g.
Seneca in l. c. de ira III, XII.

Quid ex ista Romanorum Stoicorum antesignani magnanimitate possit colligi, dicere denuo non est necesse: illud autem vix monendum puto, nostros longissime a garrulis istis distare, qui non ore modo & litteris, sed vita etiam artem suam persequerentur. Verum haec dicta sunt generatim.

§. VIII.

Namque haec omnis res, siquidem diligentius perlustranda, desiderare *clarius lumen* videtur: I. *sapientem nunquam inveniri*, nec unquam inter mortales versatum, ipsi Stoici largiebantur: neque enim est, quod quis *Senecae* verba obiciat; qui primum a popularibus suis dissentit, deinde dissensionem simulari censei potest, ne vitae beatæ spem conantibus eriperet, animosque non erigeret, omninoque philosophiam suam, concessam hominibus, ostenderet &c. Ipse denique alio loco (de tranq. VII) plane stare ab eorum parte videtur, qui eiusmodi Deum infra lunam negant: haec enim ait: „nec hoc praeceperim tibi, „vr neminem „nisi sapientem sequaris — vbi enim istum „invenies, quem tot saeculis quaerimus? pro optimo est „minime malus.„ Non sunt ergo timendi strenui morum magistri, qui, cum intelligerent, facilem apud quosque errationem, (*nemo enim sapiens*), nec quemquam ab ea tutum esse, recte praecipiebant, virum bonum oportere esse placibilem, malebantque docere et corrigere verbis, quam saevire atque irasci. Docentes ob oculos fictum suum sapientem ponebant, vr, exemplaris praestantissimi ostentatione, tirones excitarentur, intelligereturque, quid esset et quomodo agendum. At *sapiens non ignoscebat!* Itaque Stoicos, ad ipsius sese exemplar conformantes, cogitur fuisse duos, iniquos, atroces! Equidem video contrarium — causam agat ipse *Seneca* (de Clem. c. VII):
e,

„ei ignoscitur, qui puniri debuit: sapiens autem nihil facit,
 „quod non debet — itaque poenam quam exigere debet,
 „non donat, sed illud quod ex venia consequi vis, hone-
 „stiorē tibi via (*sc. via clementiae*) tribuit. Parcitur enim sa-
 „piens, consulit et corrigit. Idem facit, quod si ignosce-
 „ret, nec ignoscit — alique[m] verbis tantum monebit,
 „poena non afficiet, aetatem eius emendabilem intruens:
 „alique[m] invidia criminis manifeste laborantem, jubebit in-
 „colorem esse: quia deceptus est, quia per vinum lapsus —
 „Haec omnia non veniae, sed clementiae opera sunt. Cle-
 „mentia liberum arbitrium habet: non sub formula, sed
 „ex aequo et bono judicat: et absolvere illi licet, et quanti
 „vult taxare litem. Nihil ex his facit, tanquam iusto mi-
 „nus fuerit, sed tanquam id, quod constituit, justissimum
 „sit., (N. B. oportet esse justissimum: alioquin non erit ho-
 „nestum et rectum) „Ignoscere autem est, quae judicas pu-
 „nienda, non punire — clementia hoc primum praestat, ut
 „quos dimittit, nihil aliud pati illos debuisse pronuntiet.
 „Plenior est ergo, quam venia, et honestior. De verbo,
 „ut mea fert opinio, controversia est, de re quidem con-
 „venit., *Lipsius* (in not.) etiam vocat λογωμαχίαν; quod
 „miror: nam si quis ita esset argumentatus: de utenda cle-
 „mentia si ante non judicat sapiens, quam nullam vidit poe-
 „nae causam (quod quidem in acumine isto *Stoico* latet; si
 „enim videt, oportet punire); ita ut quoties eam non vi-
 „det, roties sit clemens; sequitur, ut tum sapiens justus no-
 „minari debeat, non clemens &c. nescio sane, quid novi
 „paritura fuisset *Stoica ἀντιβία*: nec illud moror, dummodo
 „iterum sit satis perspicuum, sapientem haud defunctorie de
 „peccatis judicasse, sed, discrimen eorum respicientem; ra-
 „tas habuisse errantium purgationes. Huic autem sapientis
 „considerantiae finitimum est et copulatum illud alterum,
 „quod

quod supra tetigi: II, *sapientem*, aut, si mavis virum bonum, *omni animi perturbatione vacare*; quod utrum bene dixerint, an male, huius loci non est disceptatio p). In-
 servit tamen proposito. Efficitur enim, quoniam pertur-
 bationes animi verum scrutantibus sunt infestissimae, earum-
 que vis ad inhumanitatem, iniquitatem, et importunitatem
 rapit facillime; ut, qui illis careant, ad verum cernendum
 non solum sint propensiores, istis, possintque bene intelli-
 gere, quo quis peccaverit animo; sed ut sint etiam para-
 tissimi ad condonandum innocentibus erratum, adeoque
 optimam amplexuri rationem, qua exsolvere errore erra-
 bundos possint. Quenam est autem illa ratio? Demon-
 stratio erroris et institutio peccantis; eamque fuisse *Stoi-*
corum praeclare l. l. cit. ostendunt; cui rei si maior esset
 fides facienda, alios quam plurimos possem adjicere: e. c.
 (ep. XXVIII) „initium est salutis notitia peccati. Egregie
 „hoc mihi dixisse videretur *Epicurus*. Nam qui peccare se
 „nescit, corrigi non vult, deprehendas te oportet, ante-
 „quam emendes.“ (cognoscas errorem, et te instruas cf.
 ep. LIII): sed malo *alia* quaedam *adminicula* commemora-
 re, e. c. omnium illud praestantissimum *examen pythagori-*
cum, quod *Seneca* commendat, quodque, quantum adver-
 sus errores valeat, intelligunt omnes, qui attentionis vim,
 modumque, quo facultas cernendi veri paratur, norunt.
 Ecquis

p) Psychologi nostri affectus duplices faciunt, alios proprie,
 alios *κατὰ διανοητικόν*, dictos: quod in hac *Peripateticorum* et
Stoicorum lite meminisse iuvabit. *Zenonis* schola gaudium
 quoddam, cautionem, (taedium fere rationale dixerim) &c.
 admittit: et *Aristotelica* temperat, et vult affectiones animi
 esse moderatas. (vid. Ep. CXVI et *Cic. tuscc. q. q. III, c. VI,*
seqq.)

Equis non amet simplicem et apertum philosophum, haec
 (de ira l. III. c. XXXVII) fatentem? „quodidie apud me
 „causam dico. Cum sublatum e conspectu lumen est, et
 „conticiuit vxor, moris iam mei conscia, totum diem me-
 „cum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse
 „abscondo, nihil transeo: quare enim quicquam ex erro-
 „ribus meis, timeam, cum possim dicere: vide, ne istud
 „amplius facias. Nunc tibi ignosco.„ Deinde excellen-
 „tium virorum *exempla* (ep. XI): „aliquis vir bonus nobis
 „eligendus est, ac semper ante oculos habendus, vt sic tan-
 „quam illo spectante vivamus, et omnia, tanquam illo viden-
 „te faciamus — aliquem habeat animus, quem vereatur,
 „cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius facit — Eli-
 „ge — *Catonem* — remissioris animi virum, *Laetium*„ &c.
 Consentit *Epictetus* (c. LI) όταν τινι μελλης συμβαλλειν — προ-
 βαλε σαυτα, τι αν εποισαν εν ταυτο Σακρατους η Ζηνον. Et deni-
 que nec haec citasse poenitebit: (c. XXXVI): ανθρωπε, πρω-
 τον επιστεψαι, οποιον εστι το πραγμα. Έστα και την σεαυτε Φυ-
 σιν καταμαθε, η δυνασαι βασισαι; et *Seneca* (de tranq. c.
 III): „Anspicere debemus primum nosmet ipsos, deinde
 „quae aggredimur negotia, deinde eos, quorum causa, aut
 „cum quibus agendum est.„ Praeterea *alias vias docendē*
 monstrabant, (c. c. in ep. LXXI), quas, ne aberrasse oratio
 videatur, *praeteribo*. Restat enim, vt cum illis pauca col-
 loquar, qui, omnibus hactenus dictis posthabitis, dissidere
Stoicae lenitati et placibilitati maluerint, ob terribile illud
 effatum: *Sapientem non misereri*: quod quidem si per se poni-
 tur, videtur nullam spem relinquere humanis erroribus,
 sed omnia delicta ad poenam deducere; (erant fere *Senecae*
 verba de clem. II, c. V). Verum enim vero philosophi
 nostri hanc sententiam non propter ea tuiti sunt, vt tyran-
 nos agerent, sed, vt sublata misericordia, effeminata men-

tis mollities tolleretur; manerent autem omnes, quaecumque ab illa proficisci solent, amoris non solum significationes et grata munera, sed existerent etiam maiora: quod enodate ipse *Seneca*. (in capp. V, VI de clem.) explicat. Quid? quod sapiens, negat, posse se injuriam accipere! (*Sen. de const. coll. Epict. c. XXVII*). Itaque in republica *Stoicorum*, cuius suavem imaginem concipere liceat! tantum abest, ut omnium in omnes bellum existat; ut ne vox quidem queribundorum, lamentantium, injuriam patientium, audiri possit. Exulant inconditi clamores, irascendum rixae, calumniae, ignominiae notae, innocentium vexationes, caeci et tristes animorum effervescentium impetus: nil plane datur amori odiove, sed, animo sedato, audiuntur excusantes, et indagatur verum, quantumque fieri potest, feruntur peccantes. Ter quaterque beatus princeps, cui amabilis haec et pacifica gens *stoica* subiecta! Terque quaterque beata religio, cui rapidae et aestuantes animi affectiones, inscitiae, stupiditatis et philaviae comites, non imperant! *Hieronymus* q) „omnes affectus tolli posse, omnes „que eorum fibras a *Pythagora* et *Zenone Pelagianos* haurisse, „refert: vnde *Pelagianis*, pace *Hieronymi*, bene licet ominari, quibus non crediderim in usu fuisse, res suas clamoribus, et orthodoxae concilii potestatis terriculis, gerere; sed religionem suam, vita moribusque profiteri, ad usumque transferre; id quod de *Stoicis* notum, quorum quendam, puta *Senecam*, parum absuit, quin ille ipse *Hieronymus*, *Pelagio* infensus, ex campis elysiis in sanctorum coelum transtulisset. Neque etiam *Pelagiani* de albo *Stoicorum* calculo gloriari poterant, qui de sapientia, a natura nunquam impetranda, desperantes (v. §. VI et n. I h. §), nisi

exi-

q) v. *Lipsii* man. I. III, diff. VII.

exiguas, non sufficientes certe, naturae humanae vires, ad felicitatem consequendam, fati noscitant. O *Pelagi* vexate, placerne de interpretibus tuis conqueri? &c. Saltem demonstrandae christianae religionis veritati non nocent tui *Stoici*. III. Satis igitur arbitror constare, philosophos nostros eis, qui errore conscientiae ablati, peccabant, maxime indulgisse, idque eo magis, quo minus vehementibus animi motibus, qui impedirent, perturbabantur, &c. Proffus autem constabit tum, si in hac schola aliquam fuisse conscientiae erroneae obligationem, possit quodam modo intelligi. Testificor hanc ob causam *Senecam* (de ira III, c. XXXXI): „pacem demus animo, quam dabit praeceptorum salutarium assidua meditatio; actusque rerum boni, et intenta mens ad vnius honesti cupiditatem.“ Conscientiae fati fiat. Nil in famam laboremus: sequatur vel mala (fama), dum bene merearis;: at est errantis quoque mens ad vnius honesti cupiditatem intenta; ergo et erroneae fati fiat. „Hoc sit (ep. LXXV) propositi nostri summa; quod sentimus, loquamur, quod loquimur, sentiamus.“ Qui errat, nescit se errare, sed verum censet, quod sentit. E. quod sentit, loquatur et agat, &c. *Epicletus* denique (in loco supra ex. cap. LXIII cit) id paene disertis verbis docet, regans, par pari referendum esse, quoniam nobis maledicentes &c. id, recte sese agere, putarent, ut adeo non potuerint non facere: et *Senecae* elata fere eandem vim habent &c. Quae quamquam nimis leniter dicta videntur, egregie tamen omnem hanc causam stabiliunt atque confirmant.

HIST. PARTIS SEGM. PRIM. FINIS.



D 2

PRAE-



PRAENOBILISSIMO
HONORVM PHILOSOPHORVM
CANDIDATO

S. D.

P R A E S E S.

Ex quō mihi TVI propius noscendī data fuit copia, TE non potui non amare. Prouti enim ingenio, quod a prouido Numine habes, excellis; ita etiam laudabiles prorsus in litteris progressus fecisti. Intellexi hoc, cum nuper examen AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS, ad obtinendam Magistri dignitatem, subires, quo talem TE exhibuisti, qualem volumus & optamus: quod ipsum eo maioris facio, quo magis ego noui, TIBI cum egestate huc vsque consistendum fuisse. Officii partes penitus adimpleturus, *Dissertationis inauguralis* argumentum tum ipse elegisti, tum solus elaborasti, ita, vt neque aliquid demerim neque addiderim; vnde nullus dubito, quin, quae ipse animo concepisti, masculē etiam sis defensusus. Mihi, pluribus negotiis iam distracto, in praesenti nihil superest, quam vt TIBI, eximios in disciplinis profectus, & honores philosophicos, a me post defensum inaugurale specimen conferendos, ex animo gratulatus, fausta quaeuis adprecer. Progredere, qua coepisti, via; conscientiae curam gere; & sic de aliis, quod certo persuasum habeo, praeclare mereberis. Vale! Dabam d. XXII. Maii A. MDCCLXVII.

DOCTIS-

DOCTISSIMO ATQVE AESTVMATISSIMO
TRAEGERO
 PHILOSOPHORVM HONORVM
 CANDIDATO

S. P. D.

IO. SALOM. SEMLER.

Et si lubenter hoc facio, quod me rogabas, vt aliquid litterarum TVAE scriptioni adiungerem: tamen simul aegre fero, quod ea me hoc tempore multarum rerum quasi malignitas premit, vt breuissimae scribendae epistolae vix me parem inueniam. Sed nec opus est verborum vana multitudo. Hoc ego lubenter profiteor, ex aliquo iam tempore TE mihi innotuisse, & sic quidem, vt priuata illa contentio, qua bonis literis solebas dare operam, mihi facile placuerit. Itaque, si qua ratione possem, res TVAS iuuare constitueram, cuius e consuetudine cognouisse videbar hunc illum & ad lectiones utilius reperendas aliquid fructus deriuare; & ad honestatem vitae magis amandam posse excitari. Tandem, cum auderes ab AMPLISSIMO PHILOSOPHICO ORDINE publicos honores modeste petere: vel libris, quos rogabas, non defui. Iam, et si parua sunt illa, quia magna proficisci a me non possunt: tamen gaudeo, ea a TE non contemni; cum rogaris, vt ea ipse profitear. TV iam porro sic age, sis, vt semper in animo infixum geras, quantum sit omne illud ministerium, quod in hominum, qui nobiscum viuunt, informandum ingenium, atque ad promouendam salubrem pluribus cognitionem impenditur, eximio philosophiae nomine insignitur. Huius provinciae diuinam dignitatem si recte perspexeris atque ea regi

D 3

TVAS



TVAS res passus fueris: non vana erunt omina, quibus TE
& ipse erigas, & τοῖς συμπαρασταῖς Fridericianae Regiae
eximium ingenium commendes. Vale. Dabam, Halae die
XXII. Maii. MDCCLXVII.



RESPONDENTI

S. P. D.

GEORG. FRID. MEIER.

Si ingenium ad philosophiam natum, eiusque diligens cultura, atque egregius scientiae apparatus laude exornari merentur, sane TV, AESTVMATISSIME TRAEGERE, inter illos referendus es, qui iure suo summos in philosophia honores ambiunt. In examine solezni TE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINI egregie adprobasti; & quod ad me attinet, non solum impense amare sed etiam vere mirari incepti insignem habitum TVVM libere de rebus philosophicis sentiendi, modestiam in diiudicandis aliorum sententiis, & ardens studium discendi animumque magis magisque instruendi. Ex animo igitur & sincere TIBI gratulor & summos in philosophia honores; & praecipue illam TVAM cogitandi rationem, quae sola habitui verae philosophiae conformis est. Perge modo quemadmodum incepisti, nunquam discere desine, sententiam mutare, si rationes mouent, TE non pudeat, & omnem scientiam ad virtutem & felicitatem humanam referre ne negligas. Hac ratione bene mereberis de philosophia, de Fridericana nostra, & de temer ipso. Quod reliquum est, si non male de TE meritis fuero, me amare perge. Vale. Dedi in Fridericana Regia d. XXII. Maii MDCCLXVII.

VIRO

V I R O
 PRAENOBILISSIMO ET PRAESTANTISSIMO
 HONORVM PHILOSOPHICORVM
CANDIDATO DIGNISSIMO
 AMICO SVO DILECTISSIMO

S. P. D.

CHRISTIANVS LVDOVICVS REVTER,
 NASSOICO-SAARAEFONTANVS.
 OPPONENS.

Cum iuncti simus, OPTIME AMICE, vinculis non vno aut altero qualicumque; sed pluribus iisque arctissimis, communis patriae, integerrimae amicitiae, longaeue familiaritatis: nihil vnquam mihi gratius accidere potuisset, nihil iucundius istius diei solemni occasione, qua & luculentum egregiarum animi TVI dotum studiorumque TVORVM indefefforum specimen exhibiturus, & praemium, quo has ipsas ob rationes es dignissimus, SVMMOS, puta, PHILOSOPHIAE HONORES accepturus es. Sic, SVAVISSIME AMICE, non modo exples; sed superas quoque pristinam omnem meam & aliorum de TE expectationem. Eo enim iam tempore, quo vna in patria literis nauauimus operam, non potui non cum multis aliis optima quaeuis ex TVO ingenio industriaque TVA laeto & certo quodam omine augurari. Quod augurium felici euentu carere non potuit cum deinceps & in Academia Ienensi & in hac Fridericiana in toto illo, quod TIBI elegisti, litterarum genere tali animi contentione, tali industria versatus fueris,



vt incrementa scientiae & doctrinae tibi deesse non potuerint. Iam quidem longius esse possem in enarrandis tuis laudibus; sed vetat modestia tua; eo enim te animo esse scio, vt libentius laudanda agas, quam laudes tuas audias. Superest adhuc, vt gratum tibi declarem animum meum pro ista tua beneuolentia, qua ad certamen tecum ineundum me inuitasti, cui lubentissime obedio. At tamen magis me testem & spectatorem doctrinae tuae, quam oppugnatorem habebis. Tandem vero accipe inter communes, qui tibi sunt applausus, & eos, qui proficiscuntur ex sincero meo animo, quo tibi gratular istum diem solemnem Deumque O. M. precor, vt omnibus tuis conatibus felices largiatur successus teque conferuet in rei literariae emolumentum, optimorum parentum solatium, patriae ornamentum tuique amici, qui numquam sincerrimo amore te amplecti desinet, maximum gaudium. Vale. Scripsi Halae d. XXII. Maii MDCCLXVII.





Halle, Diss., 1766-67,

ULB Halle
002 057 565




3

56


Retro ✓







DISSERTATIO INAUGVRALIS PHILOSOPHICA
DE
CONSCIENIA ERRONEA



QVAM
AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI AVCTORITATE
PRAESIDE
MAGNIFICO DOMINO PRORECTORE
IOANNE FRIEDERICO STIEBRITZ
PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE, POLITICAE ET CAMERALIVM
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
ET ALVMNORVM REGIORVM EPHORO
PIE VENERANDO PATRONO
OB
CONSEQVENDOS SVMMOS PHILOSOPHI HONORES

D. XXIII. MAII MDCCCXVII.
ERVEDITIS EXAMINANDAM TRADIT

AVCTOR
LVDOVICVS MARTINVS TRAEGER
NASSOVIO - SARAEPONTANVS.

PARS PRIMA.



HALAE MAGDEBVRGICAE STANNO HENDELIO.

Handwritten notes in the top right corner, including a signature and the number 1767.

